1435

11

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millequadrigentesimotrigesimoquinto, indicione quartadecima,
die vigesimoquarto mensis januarii. Ser Blasius et ser Zaninus fratres et filii Johannis Clarii de la Galta districtus
Padue, olim habitatores Veneciis super Vinea, instante ser Johanne Rizo pro se et heredibus et successoribus suis, contenti et confessi fuerunt
atque asseruerunt se fore et esse debitores et dare debere predicto ser Johanni Rizo, de ser Jacobo de contrata sancti Johannis Novi
de Veneciis, presenti pro se et heredibus et successoribus suis, hanc confessionem et obligationem expresse acceptanti et recipienti,
ducatos triginta duos auri et soldos septuaginta octo parvorum. Et hoc non obstante presenti vinculo sententie ducatorum
quinquaginta trium cum dimidio late in Torcelo per ipsum ser Johannem Rizo in favorem sui et contra dictos Blasium et Zani-
num debitores presenti affectus. Et quos quidem ducatos triginta duos auri et soldos septuaginta octo parvorum
presente dicte sententie predicti ser Blasius et ser Zaninus, tamquam principales debitores, et ser Marcus filius ser
Venciani lignarolus de contrata sancti Gregorii, tamquam plezius et fideiussor, obligantes nichilominus se et quemlibet
eorum principaliter et in solidum, dare et solvere promiserunt eidem ser Johanni Rizo presenti recipienti et stipulanti
ut supra, in quatuor annis proxime venturis, videlicet amodo usque ad unum annum proxime venturum ducatos
octo et soldos decemnovem cum dimidio, et postea sic successive quolibet anno tunc proxime venturo alios ducatos
octo et soldos decemnovem cum dimidio, usque ad integram et completam solutionem omnium predictorum ducatorum
trigintaduorum et soldorum septuaginta octo parvorum. Cum omnibus instis pactis modis et conventionibus inter eos factis
et firmatis, videlicet quod si defficerent de solvendo in aliquo suprascriptorum terminorum predicti ser Blasius et ser Zaninus
principales debitores, et uterque eorum principaliter et in solidum teneantur et debeant dare et solvere eidem ser
Johanni omnes suprascriptos ducatos trigintaduos et soldos septuagintaocto parvorum seu illam partem que solvenda restaret,
si aliqua pars soluta foret. Item quod predictus ser Johannes Rizo non possit astringere dictum ser Marcum Venciani
fideiussorem et plezium predictum, nisi de paga in pagam, videlicet quolibet dictorum quatuor annorum ad predictam solutionem
ducatorum octo et soldorum decemnovem cum dimidio parvorum debiti antedicti. Item quod predicta sententia qua dictus
ser Johannes Rizo habet contra predictos Blasium et Zaninum fratres de ducatis quinquagintatribus cum dimidio lata
Torcelli remaneat sit et esse debeat semper in suo robore et vigore donec fuerit eidem ser Johanni Rizo integre
persolutum de predictis ducatis trigintaduobus et soldis septuagintaocto parvorum debiti antedicti, et quod per hoc
eidem sententie in nichilo derogetur usque ad integram solutionem predictam. Item quam pro parte solutionis
dicte sententie ducatorum quinquagintatrium cum dimidio dictus ser Johannes Rizo habuit in solutum a spectabili
et generoso domino potestate Padue quarterios sex camporum terre arator et plantat positi in villa Galte
Paduanum districtus dictorum ser Blasii et ser Zanini pro precio et amontare librarum quinquaginta parvorum. Et ultra
dicti debitores assignare et dare debent eidem ser Johanni circha campum unum terre pratiue in loco dicto Bumo
dicte ville Galte pro precio librarum triginta parvorum, quas libras triginta pro precio dicti campi dictus ser Johannes
Rizo iam computavit dictis debitoribus in amontare dicte sententie. In quantum per aliquam personam quincerent
dicta terra seu aliqua pars eorum a dicto ser Johanne, dicti ser Blasius et ser Zaninus teneantur et debeant
dare solvere et restituere eidem ser Johanni Rizo precium et amontare terrenorum predictorum que sic quincer-
entur a predicto ser Johanne. Et ultra etiam teneantur ipsi debitores ipsa terrena deffendere et guarentare
contra quamcumque personam. Que omnia et singula suprascripta et in presenti instrumento et carta contenta
predicti Blasius et Zaninus principales debitores et Marcus Venciani plezius et fideiussor predictus
et quilibet eorum principaliter et in solidum ut supra dicitur promiserunt et convenerunt eidem ser Johanni
Rizo presenti recipienti et stipulanti ut supra firma rata et grata habere et tenere, attendere facere et
observare et non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa de iure vel de facto, sub pena
dupli totius eius in quo vel de quo ullo modo contrafacerent pro solempni stipulatione promissa. Et insuper refectione et emenda-
tionem dampnorum expensarum et interesse litis et extra, qua pena soluta vel non et expensis dampnis et interesse
refectis vel non, nichilominus rato manente presenti contractu cum omnibus et singulis in eo contentis. Et pro observatione promissorum omnium
et singulorum predicti Blasius et Zaninus fratres principales debitores et ser Marcus Venciani plezius et fideiussor
predictus et quilibet eorum principaliter et in solidum obligaverunt se et quemlibet eorum in solidum et heredes et successores suos
et omnia et singula bona sua mobilia et immobilia presentia et futura, realiter et personaliter, promittentes et
constituentes se et quemlibet eorum principaliter et in solidum soluturos facturos et observaturos atque adimpleturos
omnia et singula suprascripta Veneciis, Tarvisii, Padue, Vincentie, Verone, Ferarie, Bononie et alibi ubicumque locorum et fororum et
in quolibet predictorum et in toto locorum distantia vel aliquo alio non obstante. Renunciantes privilegio fori et
dicioni in dicti simul cum ea ut omnimodam causam doli mali deceptionis fraudis in factum actionis fraus et
dictis feriatis constitutionibus de pluribus reis debendi, exceptioni de fideiussoribus et epistole divi Adriani et omnibus et singulis
aliis exceptionibus privilegiis auxiliis et beneficiis per quas vel quae premissa vel aliquid premissorum possit aliquid quolibet
excipi obici vel opponi.

Actum Veneciis in Rivoalto ad stacionem mei notarii infrascripti et ser Franciscus de Gibilino quondam domini Georgii notarii,
presentibus ser Michaele filio ser Jacobi Trumpamo de Torzelo lignarolo, ser Nicolao de Jadra draperio, ser Mauritio
de Fontana notario et ser Charoli et aliis.

Ego Antonius quondam Gambaro filius quondam ser Jacobi de Veneciis, publicus imperiali auctoritate notarius
et iudex ordinarius, premissis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicavi signum-
que meum apposui consuetum.